ELEGÍA V

ELEGIA V

Vos tenet, Etruscis manat quae fontibus unda,
unda sub aestivum non adeunda Canem,
nunc autem sacris Baiarum proxima lymphis,
cum se purpureo vere remittit humus:
at mihi Persephone nigram denuntiat horam:
immerito iuveni parce nocere, dea.
Non ego temptavi nulli temeranda virorum
audax laudandae sacra docere deae,
nec mea mortiferis infecit pocula sucis
dextera nec cuiquam trita venena dedit,
nec nos sacrilegos templis admovimus ignes,
nec cor sollicitant facta nefanda meum,

ELEGÍA V

Os retiene, á pesar del Can estivo,
La onda que mana de la Etrusca fuente,
Que iguala á la de Bayas, cuando al campo
La hermosa Primavera á alegrar vuelve.
Mi última hora me anuncia Proserpina;
Dañar evita, ¡oh diosa! á un inocente.
No de la Buena Diosa enseñé el culto
Que los varones profanar no deben;
Jamás jugos mortíferos mi mano
Vertió en las copas que ofrecí á las veces;
Fuego no puse á un templo, á mi conciencia
Ningún hecho nefando le remuerde;

nec nos insanae meditantes iurgia mentis
impia in adversos solvimus ora deos.
Et nondum cani nigros laesere capillos,
nec venit tardo curva senecta pede.
Natalem primo nostrum videre parentes,
cum cecidit fato consul uterque pari.
Quid fraudare iuvat vitem crescentibus uvis
et modo nata mala vellere poma manu?
Parcite, pallentes undas quicumque tenetis
duraque sortiti tertia regna dei.
Elysios olim liceat cognoscere campos
Lethaeamque ratem Cimmeriosque lacus,
cum mea rugosa pallebunt ora senecta
et referam pueris tempora prisca senex.
Atque utinam vano nequiquam terrear aestu!
languent ter quinos sed mea membra dies.
At vobis Tuscae celebrantur numina lymphae
et facilis lenta pellitur unda manu.
Vivite felices, memores et vivite nostri,
sive erimus seu nos fata fuisse velint.
Interea nigras pecudes promittite Diti
et nivei lactis pocula mixta mero.

Jamás contra los dioses á mí adversos
Llegué yo á blasfemar sana la mente,
Y aun mi cabello en blanco no se torna,
Ni la vejez rugosa tarda viene;
Y mis padres nacer viéronme el día
En que hiriera á dos cónsules la Muerte.
¿Quién el fruto al nacer arrancar manda,
Y cortar á la vid las uvas verdes?
¡Perdóname tú, ¡oh dios! que el Orco riges
Y á quien el tercer reino tocó en suerte!
Yo en los Campos Elíseos, yo en la barca
Negra del Aquerón quisiera verme,
Mas cuando anciano ya, marchito el rostro,
Viejas historias á los niños cuente.
¡Ojalá que no más un terror vano
Me inspiren los ardores de la fiebre!
Mas hace ya, ¡oh amigos! quince días
Que mis miembros enfermos languidecen.
Los dioses celebrad de la onda Etrusca,
Cruzad con brazo lento su corriente.
¡Felices, hoy vivid; mas recordadme
Vivo esté ó en el seno de la muerte.
Á Plutón ofreced ovejas negras
Y mezclada con vino blanca leche!

ELEGÍA VI

ELEGIA VI

Candide Liber, ades; sic sit tibi mystica vitis
semper, sic hedera tempora vincta feras;
aufer et ipse meum patera medicante dolorem:
saepe tuo cecidit munere victus amor.
Care puer, madeant generoso pocula Baccho,
et nobis prona funde Falerna manu.
Ite procul durum curae genus, ite labores;
fulserit hic niveis Delius alitibus.
Vos modo proposito dulces faveatis amici,
neve neget quisquam me duce se comitem:
aut si quis vini certamen mite recusat,
fallat eum tecto cara puella dolo.

ELEGÍA VI

Sea tuya la vid, hermoso Baco;
Ven, ceñidas tus sienes con la hiedra.
Tú mismo cura mi dolor; vencido
Fué el amor por el vino con frecuencia.
Dadnos Falerno, esclavo, en abundancia;
De vino añejo nuestras copas llena.
¡Oh penas y trabajos! lejos idos;
Delio cual buen presagio reverbera.
Dulces amigos, secundad mi intento:
Que todos como á jefe me obedezcan.
Si con vino luchar alguien rehusa
De una pérfida amada burla sea.

Ille facit dites animos deus, ille ferocem
contudit et dominae misit in arbitrium,
Armenias tigres et fulvas ille leaenas
vicit et indomitis mollia corda dedit.
Haec Amor et maiora valet: sed poscite Bacchi
munera: quem vestrum pocula sicca iuvant?
convenit ex aequo nec torvus Liber in illis,
qui se quique una vina iocosa colunt:
nam venit iratus nimium nimiumque severis:
qui timet irati numina magna, bibat.
Quales his poenas qualis quantusque minetur,
Cadmeae matris praeda cruenta docet.
Sed procul a nobis hic sit timor, illaque, si qua est,
quid valeat laesi sentiat ira dei.
Quid precor, a, demens? venti temeraria vota,
aeriae et nubes diripienda ferant.
Quamvis nulla mei superest tibi cura, Neaera,
sis felix, et sint candida fata tua.
At nos securae reddamus tempora mensae:
venit post multos una serena dies.
Ei mihi, difficile est imitari gaudia falsa;
difficile est tristi fingere mente iocum,
nec bene mendaci risus componitur ore,
nec bene sollicitis ebria verba sonant.
Quid queror infelix? turpes discedite curae:
odit Lenaeus tristia verba pater.
Gnosia, Theseae quondam periuria linguae
flevisti ignoto sola relicta mari:

El Amor ennoblece; al fuerte humilla
Y al yugo de su amada lo sujeta;
Vence á tigres de Armenia y á leones
Y da á los indomables alma tierna.
Esto y más vale Amor; pero de Baco
El dón pedid, ¿amáis las copas secas?
Baco es equitativo, y nunca torvo
Contra el que culto ríndele se muestra;
Mas él contra el que es sobrio viene airado;
El que tema su cólera que beba.
Cuantas penas inflige y contra quienes,
De Penteo la muerte nos lo enseña.
Yo no debo abrigar temores tales:
Que ella del dios herido la ira sienta.
¿Qué pido yo? mis votos temerarios
Arrebatados por los vientos sean.
Aunque, Neera, de mí ya no te cuides
Feliz sé y tu destino hermoso veas.
Yo á los festines volveré como antes;
Tras de la tempestad la calma llega.
Yo no puedo imitar falsa alegría,
Si estoy triste fingirla inútil fuera;
Sienta la risa mal sobre mis labios,
Mal frases ebrias en mi boca sientan.
¿De qué, infeliz, me quejo? penas idos;
Odia el padre Leneo la tristeza.
Sola en ignoto mar lloraste, Ariadna,
Del perjuro Teseo las promesas,

sic cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus
ingrati referens impia facta viri.
Vos ego nunc moneo; felix, quicumque dolore
alterius disces posse cavere tuo.
Nec vos aut capiant pendentia bracchia collo
aut fallat blanda sordida lingua prece.
Etsi perque suos fallax iuravit ocellos
Iunonemque suam perque suam Venerem,
nulla fides inerit: periuria ridet amantum
Iuppiter et ventos irrita ferre iubet.
ergo quid totiens fallacis verba puellae
conqueror? ite a me, seria verba, precor.
Quam vellem tecum longas requiescere noctes
et tecum longos pervigilare dies,
perfida nec merito nobis inimica merenti,
perfida, sed, quamvis perfida, cara tamen!
Naida Bacchus amat: cessas, o lente minister?
temperet annosum Marcia lympha merum.
Non ego, si fugit nostrae convivia mensae
ignotum cupiens vana puella torum,
sollicitus repetam tota suspiria nocte.
Tu, puer, i, liquidum fortius adde merum.
Iam dudum Syrio madefactus tempora nardo
debueram sertis implicuisse comas.

Y por ti, hija de Minos, de tu esposo
Cantó Catulo la traición horrenda.
Yo no os quiero enseñar; feliz quien puede
Su desdicha evitar viendo la ajena.
No os engañen al cuello echando el brazo
Ó con los ruegos de engañosa lengua,
Que si juran falaces por sus ojos
Por Venus y por Juno, no hay que creerlas.
De estos perjurios Júpiter se ríe,
Y al irritado viento los entrega.
Mas yo, ¿por qué lamento su falsía?
Idos lejos de mí, palabras serias.
¡Quién velara contigo largos días
Y largas noches junto á ti durmiera!
¡Oh tú, pérfida y cruel mas siempre injusta
Pero amada á pesar de ser tan pérfida!
Ama Baco á las Náyades. ¡Oh esclavo,
Con agua Marcia el vino añejo tiempla.
Yo no he de suspirar toda la noche
Porque huya nuestra mesa, esquiva, Neera
Y de un obscuro amante el lecho busque.
Esclavo, vierte vino, y más apriesa.
Tiempo ha que debí ungir mi sien con nardo
Y con flores ceñir mi cabellera.